



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Margarita Regina. 10. lunij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

sed velut semper eadem spectacula expeteret, illa
crebro inter lacrymas, & singultus verba jaculari
ad celos auditus est: *Ad te levavi oculos meos, qui
habitatis in celis.* Ad quæ verba mirabatur ille, non
ad instar ceræ liquefcere hominum corda. Hæc
itaque eremeticam vitam persuasere viro, mutato
Venturæ in Vincentij tunc nomine. Insidiantem
castitati suæ amorem cùm sentiret, urticis tergum
suum armavit; ecce fugit ille, & dum flagra ti-
muit, puerum scilicet se probavit esse. Sub hæc,
ut tutor inter plures Deo militaret, Camaldulen-
sum cœtu se junxit, & SYLVESTER deinceps di-
fus, culinam primò, tum triclinium curavit,
utrumque magno modestiæ, & obedientiæ exem-
plo. Orationis intereà perquam studiosus, eam
imbibit sapientiam, ut jam Fullonæ nostrum velur
Apollinem doctissimi quique fidei Doctores adi-
rent. Sub extremum niorbum iterum Christum
aspectabilem habuit. Et cur non oculos SYLVE-
STRO ille clauderet, ad quem semper illilevavit
oculos? *Ex Chron. Camaldul.*

Tibi quondam abjecto, tibi extruso à Paradiso
sedibus, tibi in pulverem & cinerem dissoluto poten-
tias data est, ut de longinquio ad tuum revertaris
autorem, libertus efficiaris ex servo, de extranceo
provokaris in filium. S. Leo sern. 2. de Nat.

S. MARGARITA REGINA. 29. Iunij.

Cape has è MARGARITA Scotorum Reginæ
muliebri mundo gemmas, nulli sexui, nulli
atati indecores. Malcolino Reginupta, omnium-
que titulorum particeps, nullum cupidiūs, quām
matris pauperum affectavit, meruitque non in
suo tantum regno, quod liberalitatem ejus non ce-
pit;

pit; quemadmodum neque dies in pietatis operā ei suffecit, singulis noctibus Matutinūm, quem vocant cursum de SS. Triade, tum de Cruce, denique de Virgine Deiparā absolvit. Annexuit his votivas pro mortuis preces, & Davidis Odaria: quid post hoc pensum somno relictum est, quem tamen ne tum quidem admisit, priusquam sex pauperum pedes abluisset. Diem sic auspicata est. Novem infantulos, quos à suis neglectos matribus educabat pro suis, nutricularum occupato officio, pasebat cibos ori ingerens, & quidem genibus nixa, ut reverentiūs habeti non possent, si vel cælo lapsi fuissent. Trecentis aliis, sed adulterioribus, partito cum rege ministerio, cibum inferebat. Tum repetitæ preces utique penetratur cælum, cùm tot pauperum appreciationibus sublevarentur. Idem publicè prodeuntē stipabant catervatim, vile satellitum, sed ad Superos prefecturæ percommódum. In cuius itineris procinctu cùm semper stetisset, edocta tandem divinitus est, quando migrandum esset. Mortua toto vultu erubit. Sensisse plausus dices, quibus tam rata virtus in cælo accepta est. Ex Surio.

Septem horarum Canonicarum officia, quasi septem baptismatum lavacra in Ecclesiæ sunt gremio constituta; ut septem offensionum maculas, quasi ex quotidiana vite hujus conversatione contrahimus, totidem orationis quotidiane fluentis expiri conemur. S. P. Dam. op. 10.

SS. BASILIDES & SOCI I M M.

IO. Junij.

Offenduntur delicati, cùm viam iis regiam, quæ ad cælum dicit stratum crucibus ostendimus; cùm per vepreta, quæ Christus calcavit, per